







*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*





[Faint, illegible text on a large, blank page, possibly bleed-through from the reverse side.]

1.  
2.  
3.  
4.  
5.





1616.

1. Cranius, Henricus Andreas: Juris controversi sive  
praecipuarum controversiarum, antinomiarumque  
sen difficultatum, ex jure civili, feudali, canonico,  
provinciali, Saxonico . . . selectarum Disputatio I.
2. Cranius, Henricus Andreas: Juris controversi sive praec-  
ipuarum controversiarum, antinomiarumque sen  
difficultatum, ex jure civili, feudali . . . selectarum  
Disputatio IV.
3. Cranius, Henricus Andreas: Juris controversi, sive  
praecipuarum controversiarum, antinomiarumque  
sen difficultatum, ex jure civili, feudali,  
. . . selectarum Disputatio III.
4. Cranius, Henricus Andreas: Juris controversi sive  
praecipuarum controversiarum, antinomiarumque  
sen difficultatum ex jure civili, feudali, canonico,  
. . . selectarum Disputatio secunda.
5. Stuekius, James: De Tutela et cura.



6. Werdenhagen, Johann Angelicus: Decas problematum  
politicorum.

1617.

1. Cludius, Joannes Thomas: De commodato et deposito

2. Cludius, Joannes Thomas: Disputatio in qua, ex diffi-  
cili, frequentissima judicissimae, judiciorum publicorum  
materia desumta.

3. Cludius, Joannes Thomas: De mutuo.

4. Crauius, Henricus Ludovicus: Juris controversi, sive prae-  
cipuarum controversiarum, ... ex jure civili ... Consti-  
tutionibus imperii et Ordinatione Camerae Imperialis ...  
selectarum Disputatio octava.

5. Crauius, Henricus Ludovicus: Juris controversi sive prae-  
cipuarum controversiarum ... ex jure civili ...  
constitutionibus Imperii et Ordinatione Camerae Imperialis  
selectarum, Disputatio quinta.



6. Cranius, Henricus - Andreas: Juris controversi Disputatio

VII publica, ex lib 17, 18, 19 Pandect. desumpta.

7. Lotichius, Johannes: De jure emphyteutico

8. Lotichius, Johannes: De mutuo et monetae mutatione

9. Stuckius, Joannes: De legitima successione liberorum  
in bonis parentum

10. Stuckius, Joannes: Discursus politicus - juris Divini circa  
C. un. 2. feud. - , quae sunt regalia.

11. Stuckius, Johannes: De fidejussoribus

1618.

1. Truisaeus, Henricus: De partu humani legitime terminis.

2. Truisaeus, Henricus: De partu humani legitime  
terminis.

3. Stuckius, Johannes: Disputatio de juris prudentiae natura et  
principiis Tertii: de justitia, ejusdemque variis acceptationibus,  
speciebus, ut et analogia sive proportione in ea servanda, et denique  
contraria injustitia.



4. Stuckius, Johannes: De juris et jurisprudentiae natura  
et principiis, quae dumque tam in scholis recte tradit  
sae ratione, tam vero et generis in foro usu.

5. Stuckius, Johannes: De praepositis et Toron.

6. Stuckius, Johannes: Dissertationum de jurisprudentiae  
natura et principiis secunda: De munere et officio  
jurisprudentiae et Teti et ingustus illa ab aliis differ.

7. Stuckius, Johannes: De emptione et venditione

1619.

1. Budaeus, Casparius: De legatis.

2. Cludius, Joannes Thomas: De jure emphyteutico.

3. Lotichius, Johannes: De usufructu.

4. Wiselius, Johannes: De legitima successione.

5. Wiselius, Johannes: De successione et intestato.



IVRIS CONTROVERSI,  
SIVE

PRÆCIPVARVM  
CONTROVERSIARVM, ANTINO-  
MIARVMQVE SEV DIFFICVLTATVM,  
ex iure civili, feudali, canonico, Prouinciali  
Saxonico, Constitutionibus Imperij, & Ordi-  
natione Camerae Imperialis,  
selectarum,

DISPVTATIO QVARTA,

Quam

ΣΤΝ ΟΕΩ,

In illustri Academia Iuliã,

PRAESIDE

Clarissimo & consultissimo viro,

D. N. HENRICO-ANDREA CRA-

NIO, I. V. D. & LL. Professore Ordinario,

*publica disquisitioni*

Submittit

GEORGIVS Brudtlacht / VVestph.

Ad diem Decemb. in nouo Iulæo.

HELMAESTADII,

Typis heredum Iacobi Lucij.

ANNO

cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> cXVI.

11.

2

1616,2

2







*VIRIS,*  
AMPLISSIMIS, DOCTISSIMIS,  
& Prudentissimis, Dominis Consulibus, reli-  
quoq; ordini Senatorio inclytæ Reipubli-  
cæ Brakelensis, dominis meis debitâ  
obseruantia colendis.

*VT ET*  
*Spectabilibus, Doctissimis, prudentissimis, alia-*  
*rumq; rerum vsu experientissimis*  
*Viris,*

Dn. HENRICO VVIPPERMAN  
Dn. GEORGIO HATTISEREN  
*Eiusdem Reipublicæ, illi Consuli, huic verò Pre-*  
*fecto pratorio, dignissimis & meritissimis, Dominis*  
*meis, respectiuè consobrino, & affini hono-*  
*rificè obseruandis,*

Hanc iuris controuersi  
disputationem  
Offero

*Georgius Brudelache, Resp.*



1  
2  
3  
4

5

6

7

8











IURIS CONTROVERSI

Disputatio IV.

publica:

quâ

Omnes & singulae leges libri 7. & 8. Pandectarum, perindè ac si hîc positæ essent, cum annexis sequentibus questionibus, publico examini subijciuntur, ita tamen ut in omnibus & singulis controuersijs, sententia primo loco posita de iure verior reputetur:

PRAESIDE

HENRICO-ANDREA CRANIO

I. V. D. & in Ill. Acad. Iul. LL. Prof. Ord.

Respondente

GEORGIO Brudtlacht / Westph.

---

EX LIB. VII. DIGESTORVM.

CONTROVERSIA I.



Indicationem rerum Corporalium sequitur re-  
cto ordine vindicatio incorporalium, utpote, serui-  
tutum personalium, & realium seu prædialium.  
Seruitus personalis, in duos veluti ramos rectè sub-  
diuiditur, usum fructum scilicet & usum: licet Interpretes vul-  
gò tres pluresuè seruitutum personalium species constitu-

Tit. I.  
De usu fru-  
ctu, & quæ-  
admodum  
quis vta-  
tur frua-  
tur.

G

ant.



ad l. 1. l. 2.  
h. tit. princ.  
l. eod.

ant. † *ususfructus* Paulo *IC*to est *ius*; sed rectius & magis logicè definitur, *seruitus personalis alienis rebus vtendi fruendi, saluâ rerum substantiâ*. Sed nunquid hæc definitio, omni, & sic etiam quasi *ususfructui* competit?

QVID NI, competit teste Paulo in l. 1. ibi: *saluâ rerum substantiâ. ff. h. t. & Iustiniano in §. 2. l. eod. ubi Interpret.*

QVI SIC, dixerint alij cum Treutlero hic: (1.) cum hæc verba (*saluâ rerum substantiâ*) non conueniant quasi *ususfructui*, qui consistere dicitur in rebus, quæ ipso usu consumuntur, d. §. 2. l. h. t. Item (2.) arg. l. 2. ff. eod.

ad l. 4. l. 5.  
h. t.

2. *Ususfructus* diuisio, quâ vulgò diuiditur in *causalem*, & *formalem*, an in materia *seruitutum* monstri quid alit?

ITA EST, arg. l. 5. ff. *si ususfr. petat. l. 26. de seruit. urb. præd. iunct. l. 1. h. t. princ. l. eod. Coraf. 5. misc. 3. Conan. 4. comm. 3. Don. 9. comm. 9. Cuiac. ad l. 27. §. item 8. de pact. Dn. Gædd. ad l. 25. de v. 5.*

NON EST, secundum aliorum opinionem, quos sequi videtur, Arius Pinell. in l. 1. p. 2. n. 9. & 10. C. de bon. matern. † Mouentur (1.) arg. l. 4. h. t. ubi dicitur: *usumfructum in multis casibus partem domini esse*. Quod explicationem recipit ex l. 8. princ. de reb. auth. Indic. poss. l. 58. de V. O. l. 5. h. t. adde D. Arum. di. sput. 9. th. 1. Item (2.) arg. l. 21. §. *si fundum. ff. de except. rei iudic. l. 126. §. 1. de V. O. l. 70. de fideiuss. Disting. Hottom. 3. obs. 22.*

ad l. 12. §.  
2. l. 38. l. 67.  
h. t.

3. Rectè diuiditur in *verum* & *quasi*. Constituitur autem vel *LEGE*, vt patri in bonis filij familiâs aduentitijs. (*An & in feudo? N. vt dicitur suo loco ad consuetudines feudorum*) vel *FACTO HOMINIS*, vt pote inter viuos vel vltimâ voluntate. † Circa modum vtendi-fruendi quæritur, possitnè *usumfructum* constitutum vendere aliouè modo alienare *usufuctuarius*?

DISTINGUITUR hic rectè inter ipsam *seruitutem ususfructus*, quæ iuris est: & eius effectum, seu inde dependentium fructuum percipiendorum *commoditatem*, quæ facti est; Vt hoc casu, non illo.



illo usufructus vendi & alienari, recte dicatur. (1.) arg. l. arboribus. 12. §. 2. l. non utitur. 38. ff. h. t. l. locare. 44. ff. locat. iunct. l. 1. ff. de seruit. (2.) arg. l. 8. §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend. (3.) per l. si usufruct. 66. de iur. dot. & l. 3. quibus mod. vsusf. amitt. Interpp. ad §. finitur. l. h. t. Couar. 1. var. resolut. 8. n. 7. Donell. 10. comm. 8. confer. D. Arum. exerc. 5. th. 22.

**AFFIRMANT** quidam simpliciter: qui mouentur. (1.) textu l. cui usufruct. 67. ff. h. t. (2.) arg. d. l. 38. ibi: vel eius nomine alius. ff. h. t. (3.) per l. 8. princ. C. de bon. auth. indic. poss. (4.) arg. §. 1. l. de vsufr. & habit. & similib. Gomez. 2. var. resolut. 15. Pinnell. in l. 1. p. 3. n. 38. & seqq. C. de bon. matern. Treutl. p. 1. D. 16. th. 10.

4. Constitutio usufructus idoneam Domini vsumfructum constituere volentis desiderat personam. † Hinc Emphyteuta, superficiarius, in fundo Emphyteutico, superficiario, non directe & proprie, sed prætoris tutione, vsumfructum constituere posse verius est. † Proprietarium ne quidem consentiente usufructuario, seruitutem imponere posse,

ad l. 15. §. fin. & l. 16. h. t.

**RESPONDET** Ulpianus, in l. sed si quid. 15. §. fin. ff. h. t. Quod Conano & plerisque alijs durum & iniquum videtur. † Hinc variè Dd. explicant hunc textum. Vid. Donell. 16. comm. 11. & D. Arum. disp. 9. th. 11.

**CONTRADICERE** videtur Paulus in l. nisi 16. l. 17. §. 1. ff. eod. ex quibus colligitur proprietarium recte imponere seruitutem fundo usufructuario, etiam inuito fructuario, si modo usufructus conditio non fiat deterior. arg. l. 17. §. 2. h. t. l. 2. C. eod. l. 25. de V. §. adde l. 2. de nou. oper. nunciat.

ad l. 15. §. 4. l. 9. §. 3. h. t. iunct. §. 2. 3. cod.

5. Ususfructus vestimentorum, sitnè verus, vel quasi, magnum habet dubium?

**QVASI** usufructus est Iustiniano, in §. 2. vers. nam & hæres. ibi: vestimenta. l. h. t. Quem textum tamen accipio, de eo casu, vbi vestimentorum vsus relictus est quotidianus. arg. l. 1. & t. t. ff. de vsufr. ear. rer. qua vsu consum. Vid. Dom. Arum. Exercit. Iustinian. 5. th. 18.



VERVS autem est Vlpiano, in l. 15. §. & si vestimentorum. 4. & in l. 9. §. si vestis ususfructus legatus sit. 3. ff. usufruct. quemad. cau. Donel. 10. comm. 4. Ant. Matth. in not. ad d. §. 2. I. h. t. † Sed hos textus accipio de eo casu, quando vestimentorum usus relictus est ad certum modum, & sic eorum usus rarus est, ut ita vetustate temporis potius, quam usu consumantur, arg. l. 7. de usufruct. ear. rer. que usu consum. secus verò est, si eorum usus sit relictus quotidianus, ut in d. §. 2. I. h. t.

ad l. 19.  
iunct. l. 13.  
§. 7. h. t.

6. Pone: Titius ædium suarum, quoad altius quàm vti nunc sunt, ædificatæ non erunt (& sic adiecto onere ne altius tollantur) reliquit vsumfructum: Quæritur an hoc legato proprietas legata censeatur, vel usufructus?

VSUMFRUCTVM legatum esse, ait ex sententia Proculi Pomponius in l. 19. h. t. nec aliud testatorem sensisse apparet. Innuit idem rubrica siue inscriptio huius tituli. Conan. 4. comm. 3. in fin. Fachin. 5. controu. 43. Arius Pinell. ad l. 1. n. 43. & seq. C. de bon. matern.

IMO PROPRIETATEM legatam censeri statuunt alij: arg. l. 13. §. 7. ff. eod. h. t. nisi enim, aiunt, in hac specie proprietas relicta intelligeretur, frustranea esset ea prohibitio in usufructuario, cum is ex iuris communis regulis, ades altius tollere non possit. d. l. 13. §. 7. Glos. Bart. & alij Interpp. veteres, Item Alciat. ad l. 25. de v. s. Gail. 2. obs. 143. n. 7. Menoch. 4. presumpt. 133. n. 2. sed falluntur.

ad l. 61.  
iunct. l. 13.  
§. 6. h. t.

7. AEdificium inchoatum, fructuarium consummare non posse.

PLACET ICto Neratio in l. usufructuarius. 61. ff. h. t. Etiam si eo loco aliter vti non possit. Coniunge hic l. 13. §. si tamen. 6. vers. sed nec adificium, & l. usufructuarius. 44. ff. eod. Vid. Costal. ad d. l. 61. & Coras. 1. miscell. 6. n. 3. Dom. Arum. d. 9. th. 5.

DISPLICET hoc, uti videtur Vlpiano in l. 1. §. 1. 2. 3. 4. ff. si usufruct. pet. Cui enim usufructus datus est, ea quoque concessa intelliguntur, sine quibus is usufructu vti non potest, arg. l. 2. de iurisdic. & d. l. 1.

8. Accre-



8. Accretionem inter usufructuarios ultimâ voluntate coniunctos tantum locum habere, ac proinde eam in contractibus cessare tradunt Interpretes. † Sed nunquid hoc ius accretionis obtinet in emptore hereditatis?

Tit. II.  
De usufructu accrescendo.

OBTINERE probant, per l. 2. C. de hered. vel action. vendit. Iason & Dd. in l. re coniuncti. 89. ff. de legat. 3. Gomes. 1. de iur. accresc. 10. n. 44. Cuiac. 12. obs. 13. Fachin. 5. controu. 101. & 10. contro. 3. & 69.

NON OBTINERE tradunt alij, per l. 2. §. cum quis. 18. & §. non tamen. 4. ff. de herid. vel act. vend. Bald. in d. l. re coniuncti. 89. Duaren. 2. de iur. accresc. 6.

9. Vetus increbuit consuetudo quærendi, vtrum etiam inter usufructuarios re coniunctos locum habeat ius accrescendi, an verò ius non decrescendi?

ad l. 1. l. 3.  
h t.

PRIVS asserit vlpianus, in l. 1. h. t. Iustinian. §. si eadem res. 8. I. de legat. text. est in d. l. 89. de legat. 3. l. 26. l. 30. ff. de condit. & demonstrat. Treutl. p. 1. D. 16. th. 4. lit. B. & alij plures. † Imo remoto iure accrescendi, nulla consideratio est iuris non decrescendi, quod vocant.

POSTERIVS tuentur vulgò. arg. l. coniunctim. 80. de legat. 3. iunct. l. 3. h. t. & l. vn. §. his itaq. definitis. 10. C. de caduc. tollend. VVesemb. in parat. n. 4. h. t. Vid. Dn. Gædd. ad l. Triplici. 147. de V. S. & Forcatul. Necyom. dial. 68. n. 4.

10. Finitur usufructus varijs modis, vti & cessione ab usufructuario factâ domino proprietatis. † Quid autem si extraneo (id est ei qui proprietatem non habet) cedatur?

Tit. III.  
Quibus mod. usufr. vel usufr. amitt. ad §. 3. l. de usufr. iunct. l. 66. de iur. dot.

NIHIL agitur, ut inquit Iustinianus in §. finitur. 3. I. de usufruct. Quod ita quidam interpretantur, ut usufruct. in priori statu maneat, nec per cessionem finiatur, aut cum proprietate consolidetur, ut colligunt ex d. §. 3. & ibi factâ oppositione. VVesemb. in parat. hic. n. 5. (idem sed paulò aliter ad d. §. 3. n. 6.) Ant. Matth. in not. ad d. §. 3. D. Arum. exerc. Iustin. 5. th. 22.

ALIQUID agitur, (1.) teste Pomponio in l. si usufructus. 66. ibi: si extraneo cedatur, nihil ad eum transire, sed ad dominum



proprietatis reuersurum usufructum. ff. de iur. dot. (2.) & Paulo 3. sent. 6. §. in iure cessione amittitur usufructus. 31. & ibi. Cuiac. & in not. ad Vlpian. tit. 10. & ad d. §. 3. quem sequitur. Dn. Borch. ibid. Bocer. p. 2. cl. 5. D. 9. th. 52. Donell. 13. comm. 19. circa princ. pag. m. 536. Treutl. d. disput. 16. th. 14. lit. c. & ibid. alleg. confer eund. th. 10. lit. b.

Tit. V.  
De usufr.  
ear. rer.  
quæ usu  
consum.  
vel minu.

ad l. 1. d. 11.  
h. 11.

II. Senatus consulto inductum esse ait Vlpianus, ut etiam earum rerum, quæ usu consumuntur vel minuuntur, usus legari possit. Hinc vulgò hanc admodum plausibilem inter verum & quasi usufructum faciunt differentiam, ut ille inter viuos etiam: hic verò non nisi vltimâ voluntate constituatur, ac proinde iure contractus non liceat: Sed

REIICIT tacitè (ut pleriq; volunt) hanc differentiam Iustinianus, in §. 2. vers. utilitatis causa. I. de usufr. ubi usus est generali verbo, Constitui, & aperto Marte eandem impugnant Dn. Anton. Matth. in not. ad d. §. 2. D. Arum. exercit. 5. th. 17. lit. B. Andr. Gerhard. exercit. Iustin. decad. 5. n. 6. vers. unde & illud dicitur.

APPROBAT eam (ex quorundam sententia) Vlpianus in l. 1. & 2. ff. h. t. & Pomponius in l. usufructu. 69. ff. ad l. Falcid. ubi tantum utuntur verbo, legati, quo innuere videntur, Setum illud, solum legatorum causa inductum esse, cum inter viuos, hic sufficiat contractus mutui, commodati & c. V. eleg. & acutè Conan. com. 4. n. 2. V. Vesemb. ad §. 2. verb. utilitatis causa. Treutl. p. 4. 1. D. 16. th. 2. lit. K. † Vtra sententia in puncto iuris verior sit, sobria ac modesta eruet disputatio.

ad l. 2. l. 5, 12.  
§. 1. h. t.

Varia & anceps quæstio est, de quasi usufructu, sitnè de eius substantia, siue essentia, cautio usufructuaria? Quidam hoc simpliciter affirmant: Alij negant: Nos mediam viam ingrediemur.

AFFIRMATIVUM sententia nititur (1.) text. l. 2. ibi: caueri oportet (quod necessitatis est) ff. h. t. (2.) arg. §. 2. ibi: utiliter caueatur & c. & ibi: Ergo senatus non fecit. Inst. de usufr. ubi Interpp. comm.

NEGAN-



**N**EGANTIVM sententia fulcitur, (1.) arg. l. 5. §. 1. ibi: nec cautio interueniat, ff. h. t. (2.) arg. l. 1. §. recte. 4. ibi: ut inde possit apparere, an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit. ff. usufruct. quemadm. cau. Pinel. ad l. 1. p. 2. n. 78. C. de bon. matern. Fachin. 8. controu. 43.

**M**EDIAM viam nos ingredientes, & hanc rem magis logicè considerantes, statuimus cautionem in quasi usufructu non esse DE FORMA ESSENTIAE (ea enim consistit in modo utendi fruendi rebus in abusu consistentibus) SED EXISTENTIAE: Facit enim ut hic materia aliàs inepta & inhabilis, fiat apta & habilis, atq; ita cautio ista tantum occupata est in preparatione materia, ita tamen ut neq; sit ipsa quasi usufructus materia, neq; eius forma; sed causa efficiens materia habilis: Remotà enim cautione, usufructus in iis rebus, quae usu consumuntur, vel minuantur, non posset consistere. Operatur igitur materia existentiam, non quasi usufructus essentiam.

13. Perdifficilis non tantum inter Interpretes, sed etiam ipsos iuris Authores valdè agitata quæstio est, vtrum usufructuarius seruitutes fundo usufructuario debitas vindicare possit?

**N**ON VINDICAT, teste Vlpiano, in l. 1. prin. ibi: seruitutem quidem eum vindicare non posse. ff. h. t. l. 5. §. 1. vers. & si fundo fructuario. ff. eod. iunct. l. 2. si seruit. vind. † Sed hos textus accipe de vindicatione, quæ directò, non quæ sit per consequentiam.

**I**MO VINDICAT, teste eodem Vlpiano, in l. unic. §. item 4. ibi: fructuario vindicandarum seruitutum ius esse, iunct. §. fin. ff. de remiss. Facit. l. 3. §. 3. & l. 9. de nou. oper. nunciat. & l. si qui. 16. de seruit. † Hic ne antinomiam statuunt Interpretes, ad varia dilapsi sunt. Aliter enim Accurs. & eius sequaces. Aliter Cuiac. 1. obs. 16. & 9. obs. 17. & 16. obs. 31. Aliter post. Br. Coras. in d. l. 16. n. 6. de seruit. Duar. ad Rubr. de nou. oper. nunciat. Robert. 2. recept. lect. 12. P. Aug. Morla in Empor. iur. part. 1. de seruit. quæst. 2. n. 3. circ. fin. Ioh. Del Castil. in tract. de usufr. c. 7. n. 16. & seqq. Aliter & rectius Dn. Vultei. discept. scholast. 18. Donell. 10. comm. 11. adde Hottom. 2. amic. resp. 16.

Tit. VI.  
Si usufr.  
pet. vel. ad  
al. pert.  
neg.  
ad l. r. pr. l.  
§. §. i. h. t.

14. Ope-



Tit. VII. 14. Operis serui legatis an vsusfructus vel vsus intelli-  
De operis. gatur concessus, controuertitur?  
seruorum.

ad l. 3. 4. §.  
h. t.

V S V M F R V C T V M effectum concessum intelligi, respondet Gaius  
in l. 3. & 4. h. t. Donell. 10. comm. 1. circ. fin. V Vesenb. in pa-  
rat. hinc D. Arum. th. 9.

I M O V S V M, respondet I C t u s in l. 8. ibi: usum datum intelligi. ff.  
h. t. Conan. 4. comm. 5. n. 10. Treutl. th. ult. lit. D. Gouean.  
1. var. lect. 7.

Tit. IIX.  
De vsu & 15.  
habitatione.

ad l. 14. §.  
h. t.

Pone: Legatus est alicui fructus deducto vsu: quæ-  
ritur hinc an legatum sit vtile vel inutile?

I N V T I L E est Vlpiano, in l. per seruum. 14. §. 1. vers. deniq. ff.  
h. t. D. Arum. h. th. 12. adde Cuiac. 8. obs. 9.

V T I L E eidem Vlpiano, in l. 5. §. 2. ibi: & si fructus sine vsu ob-  
tulerit, stipulatio locum habebit ff. vsusfruct. quemad. cau.  
† Has leges inter suas retulit ἀνωπίας Budæus, ut & in ef-  
fectu Pac. 3. ἐναγτ. 50. (sibi quodammodo contrarius ibid.  
q. 49.)

ad l. 22. h. t. 16.

Vtimur ad necessitatem. Vtimur & fruimur ad  
compendium etiam & lucrum; & tamen vsu syluæ legato,  
etiam fructum intelligi legatum,

A S S E R I T simpliciter & indistincte Pomponius in l. D. Hadria-  
nus. 22. ff. h. t. Pinell. ad l. 1. p. 2. n. 57. & seq. C. de bon. matern.  
Vid. Dn. Goedd. ad l. 5. §. 1. n. 17. de V. S. ubi hanc controuer-  
siam saltem attingit.

D I S T I N G V I T Donell. 10. comm. 24. in fin. pag. m. 549. inter  
sylvam remotam & propinquam, ut in illa fructus, ex tacitâ  
scilicet testatoris mente: aliâs enim inutile foret legatum; in hac  
verò solus vsus legatus censeatur: quia hoc casu vsus esse potest, eti-  
am remoto fructu, ut colligitur ex ratione d. l. 22. pr. † Et  
hæc sententia mihi de iure videtur verior; cui etiam subscri-  
bit Treutl. th. ult. lit. C. (ubi sibi ipsi contrarius, nisi ibi pro Si le-  
gas nisi)

Tit. IX  
Vsufructu-  
arius 17.

Vsufructuarius, se boni viri arbitratu vsurum fru-  
iturum, & cum vsusfructus ad eum pertinere desinet, re-  
stitu-



titulum, quod inde exstabit, cauere tenetur: Sed quo- ad l. i. ff. h. t.  
modo?

DATIS FIDEIUSSORIBVS tantum, innuit Vlpianus in l.  
7. h. t. & in l. 13. pr. ibi: satisfactionem desiderare, ff. de usufruct.  
& Imp. Alexand. in l. 4. ibi: ut satisfatio. C. eod. iunct. l. 1. ff. quod  
satisf. cogan. Donell. 10. comm. 14. D. Arum. exercit. 5. th. 20.

IMO PIGNORIBVS etiam, innuit idem Vlpianus in l. 1. ibi:  
Cauere, ff. h. t. & Paulus in l. 8. ff. eod. iunct. l. sancimus. 3. C. de V. S.  
Gail. 2. obs. 47. adde VV esemb. in parat. h. n. 3. circ. fin. Cuius sen-  
tentiam equitati & hodierna praxi magis conuenientem esse non  
difficemur.

18. Cùm cautio usufructuaria, non in testatoris, sed he- ad l. i. C. h. t.  
redis fauorem sit introducta; consequens est, eam à testato-  
re ne quidem in vero usufructu remitti posse: De herede  
magis dubitatur, possunè eam remittere?

NON POSSE verius est, cùm eius remissio sit tam contra natu-  
ram quasi usufructus, quàm contra leges. l. 2. §. 1. ff. de usufr. ear.  
rer. que usu consum. §. 2. vers. ut tamen. & vers. Ergo senatus. I. de  
usufr. plenè Dn. Præses in explic. l. 45. §. 1. de R. I. c. 5. & 6.

IMO POSSE innuit Vlpianus in l. 5. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. que  
usu consum. & Paulus in l. 71. ad l. Falcid. & Iustinian. in l. fin. §.  
4. ibi: paternâ reuerentiâ eum excusante. C. de bon. que liber. Pi-  
nell. ad l. 1. p. 2. n. 76. C. de bon. matern. Fachin. 8. controu. 43.

## EX LIB. VIII. DIGESTORVM.

19. Sequitur de SERVITVTE REALI seu prædiali,  
quæ à prædio debetur prædio vicino: estq; urbana, vel rusti-  
ca. Illa prædio debetur urbano; Hæc rustico: Illa vel præ-  
dio dilatando, vel ad commoditates eius interiores; vel de-  
niq; prædio exonerando, comparata. Hæc vero (rustica  
scilicet) vel accedendi; vel è fundo alieno quid ad vsum no-  
stri sumendi; vel exonerandi causa constituta est. Seruitu-  
tes prædiales neq; ex tempore, neq; ad tempus, neq; sub

H

condi-

Tit. I.  
De seruitu-  
tibus

ad l. 43



conditione, neque ad certam conditionem constitui posse.

POMPONIVS ait in l. 4. h. t. *Licet hoc ex opinione Bartoli & Interpp. admodum subtile & difficultatis plenum sit. sed lex ita scripta est.* Cur. ? Vid. l. 44. §. 1. ibi placet ff. de O. & A. l. 28. de seruit. pradior urb. Zas. 2. sing. resp. 30. Donell. u. comm. 20. Duaren. & Forcatul. ad l. 4.

MARCELLVS contradicit in l. existimo. 98. ibi: *& si fundi dominus, sub conditione viâ stipulatus est.* ff. de V. Q. Item Paulus in l. 4. ibi: *vel ex die dari potest* ff. de usufruct. & tacitè Ictus in l. 2. §. fin. l. 3. ff. de precar. l. 17. com. pradior. Vid. Donell. d. loc. Pac. 3. c. v. 51. D. Arumæ. D. 9. th. 13.

ad l. 8.

20. Controuertitur, an vt pomum decerpere, spaciari, coenare in alieno fundo possimus, seruitus imponi siue constitui possit?

NEGAT Paulus in l. vt pomum. 8. ff. h. t. *quam ita simpliciter & indistinctè accipit* Cuiac. 24. obs. 22. arg. Rubr. h. t. l. 12. ff. de ann. legat. l. fin. §. fin. de contrah. empt.: *Sed male.*

AFFIRMAT tacitè Pomponius in l. 15. §. 1. h. t. & Vlpian. in l. 5. §. & belle. 9. ibi: *cum quis* ff. de operis. Non. nunciat. Quod, nos ita intelligimus, vt in predicto casu seruitus realis imponi nequeat, possit tamen vt personalis. Hottom. 8. obs. 20. Donell. u. com. 1. D. Arumæ. th. 14.

ad l. 9. h.  
iunct l. 26.  
de S. P. R.

21. Legatâ viâ, non determinatâ à testatore parte fundi, in quo constituatur, cuius sit electio, hæredis, an legatarij, queritur?

LEGATARIJ est (1.) teste Celso in l. si cui. 9. h. t. (2.) Paulo in l. si mihi. 21. de seruit. prad. rust. (3.) Scauola in l. 8. de aq. cottid. & estina. Vid. Cœpoll. de seruitut. c. 23. n. 5. Don. u. comm. 13. pag. 604. Dn. Vultei 1. I. R. 63. n. 67. D. Arum. th. 15.

HÆREDIS ESSE electionem innuit idem Paulus in l. si viâ. 26. ibi: *facultas est hæredi, per quam partem fundi velit constituere seruitutem.* ff. de seruit. prad. R. Pac. 3. c. v. 52. Costal. ad d. l. 9. per d. l. 26. & l. 2. §. p. derel. & sumpt. funer.

ad l. 19.

22. Seruitutis finis est eius vtilitas: vnde consequens est, seruitutem, quæ fundo inutilis est, constitui.

NON



**NON POSSE**, teste Pompon. in l. 15. h. t. ubi Dd. communiter. Adde  
arg. l. si ades 38. & l. seq. Donell. 11. comm. 1. & 9. com. 21. eleg.  
Vvesemb. in par. n. 3. h. t.

**IMO POSSE**, ait Labeo, in l. ei fundo 19. ibi: quaedam enim debe-  
re habere possumus, quamuis ea nobis utilia non sunt. & c. ff. eod.  
Hottom. 2. obs. 11. & 13. in fin. Costal. ad d. l. 15. & Forcat. ibid.  
Ant. Faber. 5. coniectur. 11. Coras. in pralud. de seruit. quos se-  
quitur. D. Arumæ th. 16. add. Pac. 3. evan]. 55.

23. Inter seruitutes urbanas connumeratur etiam *ius  
altius tollendi*, (& per hoc officendi luminibus vicini) sed  
num reuera seruitutis species sit, magnum habet dubium,  
quod teste Corasio, tantas officit Doctoribus tenebras, ut  
necdum lumen receperint.

Tit. 17.  
De seruit.  
præd urb.  
ad l. 20  
iunct. l. 240

**EST** seruitutis species, teste Paulo in l. 2. ff. h. t. & Iustin. in §. aquæ.  
2. Inst. de action. Coras. ad l. 1. n. 9. & 14. de seruitur. Pac. 3. evan].  
56. Adde Donell. 11. com. 5. D. Arum. exercit. 5. th. 8. Dn.  
Vult. discept. 5.

**NON EST**, ut innuit idem Paulus in l. 24. h. t. & Vlpian. in l. 9.  
& Papius Iustus in l. 14. ff. eod. & Impp. in l. altius. 8. C. de  
seruitur. & aqua. Ex quibus textib. colligitur, *ius altius tollendi*  
speciem esse non seruitutis, sed libertatis: Nobis utrumq; verum  
est, sed diverso respectu. Vid. D. Arum. d. loc.

24. De eo valde dubitatur, sintne distinctæ seruitutes  
*altius non tollendi*, & ne luminibus vicini officiatur?

ad l. 6.

**SUNT** (1) teste Iauoleno in l. 12. & (2) Vlpiano in l. 15. & 17. §.  
2. h. t. & (3) arg. l. 2. §. 6. ne quid in loc. public. Hottom 2. respons.  
amicab. 5. Vvesemb. in paratit. n. 4. h. t. & ad §. 1. l. de seruit.  
D. Arumæ. exercit. 5. th. 9.

**NEGAT** Gaius in l. 6. ibi: ne altius tollatur, ne luminibus mearum  
adinm officiatur. ff. h. t. Cuiac. 17. obs. 35. Donel. 11. com. 5.

25. Ambigunt quoq; multi, an differat *ius luminum à*  
*iure*, ne luminibus officiatur?

ad l. 4.

**DIFFERUNT**, ut diuersæ seruitutes (1) teste Paulo in l. luminum.  
4. ibi: cum autem. ff. h. t. (2) arg. l. 23. ff. eod. D. Arum. d. ex-  
ercit. 5. th. 9. circ. fin.

H 2

NON



NON DIFFERUNT, Donello, *11. com. 5.* & Andr. Gerhard. *exerc. Justin. Dec. 5. th. 2. lit. B. arg. d. l. 4. & l. 15. ff. h. t.* † Confer Cuiac. *1. obs. 4.* (ubi corrigit *l. 14. h. t.* sed ob id reprehenditur ab Hottom. *2. resp. amicabil. 5.* & Robert. *2. rec. lect. 20.*)

ad l. 12. 13.

16.

26. Quid autem de seruitute prospectus, & ne prospectui officiat?

VNA ET EADEM est seruitus. arg. *l. 12. l. 15. l. 16. h. t.* Donel. *11. com. 5.* Robert. *4. sent. 7. D. Arumæ. exerc. 5. th. 9.*

IMO DIVERSAE sunt seruitutes, ut voluit alij, per S. *equè 2. l. de action. Treutl. th. 3. lit. e. Coraf. ad l. 1. n. 37.*

27. De seruitute oneris ferendi (quâ vicinus cogitur onus ædium nostrarum in pariete vel columnâ suâ sustinere) quæritur, num reficere, & restaurare, quod oneri ferendo est destinatum, teneatur is, qui eam debet?

AFFIRMAT Paulus in *l. eum debere. 33. ff. h. t.* & Ulpianus in *l. 6. §. 2. ff. si seruit. vind.* Adde *l. 7. l. 8. princ. & §. 2. eod. tit. Donel. 9. com. 21. Cæpoll. c. 58. pag. m. 271.*

NEGARE videtur Pomponius. in *l. 15. §. 1. ff. de seruitut.* † Sed in *d. l. 33. specialis est ratio:* Imo singularem quandam & abnormem & quasi spuriam huius seruitutis (oneris ferendi) naturam esse, ait Hottom. *2. respons. amicab. 17.* ¶ An is, qui seruitutem habet, nouum opus nunciare possit (de quo Ic. in *l. 9. h. t. & l. 9. si seruit. vindic.*) dicetur commodius ad *l. qui viam 14. ff. de Nou. oper. nunc.*

ad l. 9. h. t.

Tit. III.  
De Seruit.  
præd. rust.

28. SERVITUTES PRAEDIORVM RVSTICORVM sunt iter, actus, via, aquæ ductus, aquæ haustus, ius pecoris pascendi, ad aquam appellendi &c. † Iter rectè definitur ius eundi, ambulandi hominis. † Sed quæritur hîc, an is qui tantum habet seruitutem itineris, possit etiam ire cum alio?

ad l. 7. 12.

INNVIIT id non obscure Paulus in *l. 7. h. t.* & Modestinus in *l. inter 12. h. t.* iter est enim, quâ quis pedes vel eques commeari potest. *ff. eod. Gloss. ad §. 1. Inst. de seruit. quam sequitur Costal. ad l. 1. n. 3. ff. h. t.*

NEGANT



**NEGANT** nonnulli, arg. l. 1. ibi: iter est ius eundi, ambulandi ho-  
minis. ff. h. t. vbi Coras. n. 88. Iason in addit. ad Porc. l. de seruit.

29. **ACTUS**, est ius agendi vel iumentum vel vehiculum. <sup>ad l. 1.</sup>  
† Hic (teste Ant. Fabro) obscura suboritur quæstio: an <sup>iunct. l. 4.</sup>  
actus seruitute contineatur etiam iter: vel an actui semper <sup>S. 1.</sup>  
insit iter?

**INEST** (1) teste Vlpiano in l. 1. ibi: qui actum habet & iter habet,  
etiam sine iumento ff. h. t. & (2) in l. 9. §. 2. ibi: qui actum stipula-  
tur, deinde iter, nihil agit & c. ff. de nouat. & (3) Paulo in l. 1. ibi:  
quia nunquam actus sine itinere esse potest. ff. de adimend. vel  
transfer. legat. & (4) Iuliano in l. qui vsum fructum. 58. ibi: sed  
qui actum ff. de V. O. (5.) arg. l. non debet. 21. ff. de R. I. com. Dd.  
in d. l. 1. vbi Coras. n. 94. D. Arumæ. d. exercit. 5. th. 5.

**NON INEST** (1) eodem Vlpiano teste, in l. loci 4. §. 1. ibi: qui iter  
sine actu vel actum sine itinere habet ff. si seruit. vindic. (2) & in  
l. si mater. 11. §. si quis iter. 6. ff. de except. rei iudic. Anton. Faber.  
1. coniect. vlt. Cuiac. 22. obs. 35. † Pro conciliatione hinc quid di-  
cendum? Actui iter semper inest materialiter (sine consequen-  
ter, vel quoad commoditatem) de quo d. l. 1. non formaliter (sine  
principaliter) de quo accip. d. l. 4. §. 1. Constant enim suis formis  
contrar. Ergo una alteri non potest inesse.

30. **ANNE** igitur cesso actu per se (hoc est, non agendi iu- <sup>ad l. 1.</sup>  
menti, vel vehiculi causâ) ire licet? <sup>iunct. l. 12.</sup>  
<sup>S. 6.</sup>

**MAXIME**, licet, (1) per d. l. 1. ibi: qui actum habet & iter habet e-  
tiam sine iumento ff. h. t. (2) princ. l. de seruit. (3) l. 2. ff. quemad.  
seruit. amitt. (4) adde arg. l. 21. l. 163. l. 165. de R. I. Cuiac. 22. obs.  
35. Duar. 1. disp. 31. & ad d. l. 1.

**MINIME**, si Ant. Fabro credimus, 1. coniect. vlt. (1) arg. d. l. si ma-  
ter. 11. §. 6. iunct. l. egi tecum 26. ff. de except. rei iud. (2) arg. d. l. 1.  
de adim. legat. (3) & l. 13. §. 1. vers. sitamen viam. ff. de acceptio-  
lat. † Sed hi textus interpretationem recipiunt ex th.  
n. preced.

31. **VIA** definitur ius eundi, & agendi & ambulandi ho- <sup>ad d. l. 1.</sup>  
minis: sed nunquid rectè pro eundi legitur vehundi? <sup>iunct. l. 7.</sup>  
<sup>S. pen.</sup>

**NEGAT** Vlpianus in d. l. 1. ibi: via est ius eundi & c. & ibi: nam

H. 3.

& iter.



& iter, & actum & se via continet. ff. h. t. Treutl. h. th. 4. lit. e. confer Ant. Fab. 1. coniect. ult.

CONTRADICUNT alij, arg. l. 7. §. pen. h. t. & d. l. i. ibi: iter est ius eundi, & ibi: actus est ius agendi & c. E. (concludunt) via est ius vehendi & c. Conan. 4. com. 11. Donell. 11. com. 6, quos sequitur D. Arumæ. d. exercit. 5. th. 6. Aliter Hottom! 2. obs. 21. Aliter definit Dn. Vultei. 1. l. R. 63. n. 71. Aliter viam ab actu discernit Robert. 4. sent. 5. A. Fab. d. c. ult.

ad l. 2. pr.

32. Rusticorum prædiorum seruitutes esse, licere altius tollere, & officere prætorio vicino, vel cloacam habere licere per vicini domum, vel prætorium, vel protectum habere,

NERATIUS ait in l. 2. princ. h. t. quam diuersimodè explicant Donell. 11. com. 4. Aliter Duaren. hic. Aliter Cuiac. qui putat, Neratium hic à reliquis Iuris dissensisse.

GAIUS eas seruitutes, ut supra dictum est, urbanorum prædiorum esse respondet, in l. 2. de seruit. prædior. urb. D. Arum. D. 9. th. 18.

ad l. 2. §. 1.  
iunct. l. 17.

33. Aquæ ductus est ius aquæ ducendæ per fundum alienum. Sed qualis seruitus sit ambigitur?

REALIS est Iustiniano in pr. l. de seruit. & Neratio in d. l. 2. §. 1. h. t. Adde arg. l. 2. §. 2. de aq. cottid. & est. l. 1. §. 9. de interd. Hottom. 8. obs. 13. Treutl. p. 1. D. 17. th. 5. lit. a.

PERSONALIS est Vlpiano in l. mela ait. 14. §. 3. ibi: est seruit. persone. ff. de alim. & cibar. legat. & Paulo in l. Lucius. 17. ff. h. t. † Sed responderi hic potest ex ipsis textibus.

Tit. IV.  
Comm.  
præd. tam  
urban.  
quam rust.  
ad l. 1. pr.

34. Seruitutes prædiorum urbanorum & rusticorum non loco seu situ, sed materiâ, (non autem ex quâ) hoc est, qualitate seu fine & usu, ab inuicem distingui

VERIVS est. arg. l. 1. princ. ff. h. t. & l. urbana prædia. 198. & l. urbana familia. 106. de V. S. ubi Dn. Gædd. Don. de pignorib. c. 4. Cuiac. 7. obs. 24.

FALSVM esse videtur, arg. l. 4. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. sac. contr. l. 2. de seruit. præd. rust. Adde l. ligni. 55. de legat. 3. Hottom. 8. obs. 12. qui putat in hac quæstione dissensisse Icos. Vid. Dn. Gædd. ad d. l. 198.

35. Ideo



35. Ideo seruitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædijs constitui non possunt, ait Vlpianus hic. † Sed non caret controuersia, an vtriusq; prædij vicinitas requiratur, tam in seruitutibus vrbanis, quam rusticis? ad l. 1. §. 1. & l. 6. pr. l. 70. §. 1.

**INDISTINCTE** vicinitatem requirimus eam, ut seruituti suae constet usus. l. si ades. 38. ibi: tantum distent ut prospici non possint. ff. de seruit. præd. vrb. iunct. l. 7. §. 1. ff. de seruit. præd. rust. Donel. 11. com. 2. Duar. ad l. 14. §. 2. de seruit.

**DISTINGVUNT** nonnulli inter seruit. rust. & vrb. ut in illis, non in his requiratur vtriusq; prædij vicinitas. Treutl. d. Disp. 17. th. 1. lit. b. arg. l. 6. princ. l. 7. §. 1. h. t. l. 4. §. fin. l. 5. l. 6. pr. ff. si seruit. vind.

36. Omnes prædiorum seruitutes causam habere debere perpetuam siue continuam, (ipso iure scilicet vel tuitio-  
ne prætoris) ad l. 2.

**ASSERVNT** Icti in l. 28. l. 20. princ. ff. de seruitut. vrb. l. 9. ff. de seruit. rust. l. 2. h. t. l. 1. §. 7. de aq. cor. & astiu. Treutl. d. th. 1. lit. c. Donel. 11. comm. 3.

**NEGARE** videtur, Vlpianus in l. 8. §. Aristo. 5. ff. si seruit. vind. ubi agitur de seruitute fumi immittendi, qua non habet causam continuam. † Sed Vid Dd. ad d. l. 2. h. t. Cuiac. 1. obs. 28. reprehensum ab Hottom. 1. resp. amicab. 15.

37. De seruitutibus prodiæ sunt actiones in rem tam confessoria, quam negatoria. Hec datur domino, qui negat seruitutem, à re sua deberi: Illa ei, qui sibi eam competere contendit, quam alius impedit. † Vnde contro-  
uersum est, an negatoriam intendens, necessariò dominium rei siue fundi, in quo seruitus prætenditur, probare teneatur? Tit. V. Si seruo vind. ad l. 2. §. 1.

**DISTINGVUNT** Dd. ut eo demum casu, quo in fundi possessione actor non est, teneatur probare dominium: Alias secus, per ea qua tradunt Dd. à Myns. d. obs. 19. & consil. 11. dec. 2. n. 6. & seqq. allegati, Treutl. d. disp. 17. th. 14. lit. b.

**AFFIRMA NT** simpliciter alij, arg. l. 2. §. 1. h. t. l. 23. pr. ff. & l. doce ancit. ad l. si quis 10. h. t.



*ancillam. 9. C. de R. vind. quos Vid. apud Mynf. ad loc. ¶ Quis-*  
*nam vnicus ille casus sit, cuius meminit Imp. Iustin. i. §. a-*  
*que. 2. Inst. de act. multi ambigunt. † Vid. diuersi modo In-*  
*terpp. ad d. §. 2. & ibi Ant. Matth. in not. Herm. Vult. i. Di-*  
*scept. 5. Aliter Emil. Ferret. ad d. §. 2. qui emendat textū. Quod*  
*placet Donel. ibid.: displicet autem Roberto. i. rec. lect. 18.*  
*Aliter se expedire conatur Coraf. 3. misc. 23. ¶ An & qua-*  
*tenus seruitutes vsucapi possint? Et an ad seruitutem re-*  
*quiratur titulus? Num etiam scientia & patientia Domini?*  
*Dicetur ad l. 4. §. fin. l. si aliena. 10. §. 1. ff. de usurp. & vsucapi. iunct.*  
*l. si quis. 10. h. t. l. 14. de seruit. l. seruus. 43. §. 1. ff. de acq. rer. dom.*  
*Interim Vide Mynf. 4. obs. 53. Coraf. 5. misc. 5. Don. 11. com.*  
*11. Hot. 8. obs. 10.*

Tit. VI.  
Quemad-  
Seruitut.  
amit.

38. Seruitutes constitutæ perdurant, vsq; dum amit-  
tantur, quod fit confusione, si idem vtriusq; prædij domi-  
minus in solidum esse cœperit: nec enim cuiquam res sua  
seruit: item remissione: & non vtendo. Iter tamen Se-  
pulchro debitum, non vtendo nunquam amittitur. † Sed  
an etiam rei mutatione & interitu seruitutes prædiales a-  
mittantur, non vsque quaque expeditum est.

ad l. 3. 14

NON AMITTUNTUR teste Iauoleno in l. si locus. 14. h. t. &  
Paulo in l. seruitutes. 20. §. si sublatum. 2. de seruit. præd. urb. &  
in l. & Aticilinus ait in l. 55. de seru. pr. rust. Donel. 11. Com. c.  
ult. in fin.

IMO AMITTUNTUR, teste VVesenb. in par. h. n. 4. per d. l.  
14. V. Dom. Arum. exerc. 5. th. 15. Aliter Forcat. in l.  
1. n. 14. de seruit.

F I N I S.






Helmsstedt, Diss., 1616-19

ULB Halle

3

004 592 670




ms A+13+23


1077











IVRIS CONTROVERSI,  
*SIVE*  
**PRÆCIPVARVM**  
CONTROVERSIARVM, ANTIQ-  
VIARVMQVE SEV. DIFFICVLTATVM,  
ex iure civili, feudali, canonico, Prouinciali  
Saxonico, Constitutionibus Imperij, & Ordi-  
natione Camerae Imperialis,  
selectarum,

1616,2  
2/

*DISPYTATIO QVARTA,*  
*Quam*  
ΣΤΝ ΟΕΩ,  
*In illustri Academia Iuliã,*  
PRAESIDE  
Clarissimo & consultissimo viro,  
**DN. HENRICO-ANDREA CRA-**  
**NIO,** I. V. D. & LL. Professore Ordinario,  
*publica disquisitioni*  
Submittit  
*GEORGIVS Brudelacht / VVestph.*  
Ad diem Decemb. in nouo Iulæo.  
HELMAESTADII,  
Typis heredum Iacobi Lucij.  
ANNO  
c1o 1o cXVI.

*11.*

